









1695.

1. Berger, Jo. Henr.: De puctibus ac impensis, quod ad bonae malaeque fidei preservationem.
2. Berger, Jo. Henr.: De restitutione in integrum ab reverentiam denegata
3. Heber, G. Michael: De favore juris enumeratione et obnoxio facultatis juridicae: ad
4. Horn, Kasp Henr.; Decorum collegii Felorum: ad Depu-
actum solennem, in quo ... Dr. G. Michael Heberus ...
~~Letitiam solennem~~ Christian Henr. Weneri ...
viris ...
invitat. Doctorales honores, iniqua et privi-
legia ... publice collaturus est. ... invitat, vult
convocari.
5. Horn, Kasp Henr.: Decorum collegii Felorum: ad Depu-
tatum solennem ... Christian Henr. Weneri ... invitat
6. Hornius, Kasp Henr., Decorum collegii Felorum: ad Depu-
tatum solennem ... Dr. Henrici Thutzei ... invitat.
7. Hornius, Kasp Henr.: De die tricesimo. vulgo om. Dreißig-
ten. 3 Exempt.
8. Hornius, Kasp Henr.: Positionum juris feudalis necutiles
XV. de obligatione inter dominum et vasallum etc.

contractus circa feudum in re licitis, vel non

- 8^b Hornius, Corp. Henr. Positionum juris feudalis exerci-
tatio XVII. De feudi alienatione, revocatione et obligatione
feudali ex quasi contractu
- 8^c Hornius, Corp. Henr. : Positionum juris feudalis exercitatio
XVII De modo, quibus obligatio feudalis solvitur [solvi-
tur!] et delictis feudatibus.
- 8^d Hornius, Corp. Henr. : Positionum juris feudalis exercitatio
XVIII. De actionibus, iudicio, et processu feudali
- 8^e Kirchmayer
9. Kunen, Andreas: De officio summorum imperatorum
circa Libros, religionem spectantes.
10. Leutscher, Fr. Theodor: Caput antiquitatis de sigillis
et notis veterum.
11. Moller, Fr. Fr. : De jure maiestatis circa pringen-
tes et confirmandas academias
12. Schurzfleisch, Cor. Samuel: Maris servitus.

13. Straussius, Godofr: De syllogismo juridico
 14. Straussius, Godofr: De restitutione civili:
 15^{a. b.} = Suevus, Godofr: De probatione pro exoneranda
 conscientia 2 Exempl

16. Wernsdorff, Gottlieb: De denotico Lucronis Imp.
 1896.

1. Berger, Jo. Henricus: De omissione hereditatis
 2^{a. b.} = Berger, Jo. Henricus: De articulis elisiis. 2 Exempl.
 3. Berger, Jo. Wilhelms: De Libanis
 4. Berger, Jo. Henricus: De dominis lris
 5^{a. b.} = Berger, Jo. Henricus: Mutorum surdorum que lris in
 fenda jus.

3^{b.} = Berger, Jo. Henricus: Utrum et quousque surdi

6^{a.} ac muti feutorum sunt capaces?
 Deutschmann

6^{b.} Deutschmann, Johannes: Confessio catholica fidelium,
 considerans holos tota, vel totalem et perfectum
 salvatorem omnium hominum, adversus semidala-
 torum pietiferum.

1696.

7. Hornius, Kasp. Henr.: In argumento juris $\pi\gamma\omicron\varsigma$ $\delta\gamma\iota\alpha\varsigma$
8. Loescher, Christ. Wilh.: In veterum corneti^o $\delta\iota\alpha\sigma\kappa\alpha\iota$
litterarum studio officia fungendi. -- publice communis
tabularum
9. Ruckenseum, Christianus: De desperatione circa jus-
juramentum
10. Schurzpleischius, Kon. Samuel: De titulo Augusti
11. Schurzpleischius, Kon. Samuel: De templorum antiqui-
tatis
12. Schurzpleischius, Kon. Samuel: De Nino urbe.
13. Strauss, Godofredus: Decanum ordinis Futorum:
L. S. P. D. (ad Disputationem Johannem Ligismundus
Birnbaum iuvitat.)
14. Berger, Jo. Henr.: ordinis juris dicit ... Decanus:
Lectori. L. S. P. D. (ad Disputationem Godofredi
Nicolai iuvitat.)
15. Jaepffer, Andreas: De praesudicis

9508.

De iuribus, quibus non potest renunciari

1695 5

DECANUS
COLLEGGII ICTORUM

IN ACADEMIA WITTEBERGENSI

CASPAR HEINR. HORN, J. U. D.

& P. P. CURIAE PROVINC. & SCABINATUS

ASSESSOR,

AD

DISPUTATIONEM SOLENNEM

CLARISSIMI CANDIDATI

DN. CHRISTIAN HEINR. DREVVERI,

Lipſienſis.

Die IX. Octobr. M DC XCV.

habendam

Omnes literarum Patronos, &

Cultores, eo quò par est, cultu & studio

invitat.

WITTEBERGÆ,

Typis JOH. MICH. GODERITSCHII.



DECANUS
COLLEGIJ ICTORUM

IN ACADEMIA WITTENBERGENSI
CASPAR HILMAR HORN I.D.

REPUBLICAE PROVINCE & SCABINATUS

ASSessor.

8

DISCIPULUM SOLENNEM

CLASSICUM CANDIDATUM

DR. CHRISTIAN HEINR. DREYVERI.

1793

DE 12 OCTOBRIS 1793

WITTENBERG

Imprimatur: Johann Baptist Pöschel

Druck: Johann Baptist Pöschel

1793

WITTENBERG

THEOPHILUS GODETSCHKE



Uemlibet jure suo posse uti, neminiq;
 hoc usu facere injuriam, non ICtis tan-
 tum, sed omnibus, qui ratione haud
 nesciunt uti, notissima probataque vox
 est. Sed & quemlibet jure suo uti non
 posse, non minore veritate dici solet.
 Neque dum jure nostro non utimur,
 alteri injuriam facimus, sed de nostro jure aliquid & com-
 modo detrahimus saltem. Scilicet liberi cū simus homines,
 rerumq; nostrarum moderatores & arbitri, facere licebit,
 & non facere, quid velimus, uti vel non uti facultate hāc, vel
 illa, quam vel Jus, quod inter omnes homines natura, vel ci- *Orat. VI.*
 vitas quaelibet sibi constituit, dedit ac concessit. *in Verr. c.*
 hoc est, quod Cicero dicit: *Quod mihi lex, mea causa dat,*
eo mihi uti non licebit? & Plinius: *Hanc esse beneficiorum,* *in Paneg.*
Imperialium summam, si illis & non uti liceat. *Traiani.* Crudele
 enim est & tyrannidem sapit injuriam judicare, si quis fa-
 stidiat beneficium, aut non commodum esse existimet ac-
 cipere, eoque frui: nec beneficium est, quod obtruditur,
 & cum necessitate quadam est conjunctum. Ad eandem
 sententiam regulas Juris nostri conceptas legimus: Quem-
 libet juri suo, & favori pro se introducto renunciare posse;

A

nemi-

neminique invito dari beneficium: quarum DD. nostri
exprimere passim solent vim ac potestatem. Hæc ita licet
sint, atque dubio careant: nemo tamen, qui rerum peritiâ,
& usu pollet, negabit mecum, varias reperiri causarum spe-
cies, quarum ratione regulæ hæ officium perdunt, darique
quam plurimos casus, ubi nulla locum invenit juris repu-
diatio, sicque invitus & nolens jure utendi impositam sibi
videt legem. Ut de hic sollicitus sim, non arbitror mearum
esse in præsens partium, cum ab hac opera me immunem
reddiderit Clarissimus Candidatus, Dn. CHRISTIANUS HEIN-
RICUS DREWERUS, Lipsiensis, cujus auspicalis disputatio hoc
argumentum occupavit, huncque finem, propositum
habet, ut *Jura recenseat, quibus renunciari non potest.*
Dum verò cogito, mihi tamen incumbere quoque, ut præ-
loquar quædam, & ne nihil omnino dicam, in mentem
venit nobilis cujusdam quæsti, de quo ut in medium pau-
ca proferam (multa enim per tempus non licet.)
non existimo fore ab instituto nobilissimi Candidati alie-
num. Secuta erat illustrissima quædam Germaniæ Do-
mus in judicio familiæ eriscundæ hanc rationem, ut æ-
quali jure semper gauderent fratres, atque æquis partibus
dividerent regiones terrasque, quæ à Parentibus ad illos
devolvebantur: idque ex Lege Majorum, quam longa se-
rie reliquerant, imposuerantque posteris, & quidem sub
execrationis formula, quæ æternas pariter ac ævi hujus
poenas, si secus faxint, minitabatur. Inierat hanc,
uti dixi, rationem per satis longum temporis decursum in-
clyta hæc soboles, piaculumque creditum est, sanctam
hanc

hanc Patrum, Avorumque violare legem. Quia verò paucis ab hinc annis non nemo ex illâ existimavit, parum hocce modo consuli splendori & dignitati familiæ, cujus divisæ vires non possunt non imminui, terrasque cum subditis plures Dominos non sine magno incommodo ferre, de introducendo primogenituræ jure sollicitus fuit, testamentoque seriò cavet, ut ille, cui ex filiis fors nascendi primum tribueret locum, solus imperaret, reliquis verò de alimentis aliisque rebus, Apanagium vocant, ut sine dedecore vivere possent, prospiceretur. Addidit & ipse solennia graviaque verba, quibus hujus & futuri seculi mala filiis precabatur, si voluntate & legi paternæ religiosè non obtemperarent. Atque tanti fuit visus hic jussus filio secundo loco nato, ut renunciaret lubens successioni Patris, jureque suo Primogeniti causa cederet, & carere vellet illis commodis, quibus uti frui aliàs potuisset. Postea tamen Majorum præcepta pensitantem, aliaque animo volventē pœnituit facti, atque hanc ob causam quærebatur: utrum jure facta esset hæc renunciatio, reditusque repudianti commodum successionis ad jura neglecta liceret nec ne? Atque jure illam factam esse, amissumque beneficium, legitimum rectè dici videbatur, tum quod secundum voluntatem Patris facta, tum quod juxta ea, quæ antea asserta, liberum est cui libet jure suo uti, vel non uti, frui favore pro se introducto, vel negligere illum; atq; sic quod ab initio voluntatis fuit, re non amplius integra degeneravit in necessitatem. Sed tamen casum hîc esse, ubi de jure agitur, cui non potest renunciari à plerisque, & rectè quidem,

II. F. 55.
de Majorat. L. 2.
c. 35.

dem, ut ego puto, existimatum est. Namque primo pro certo habendum, tantum abesse ut divisio æqualis paternæ hereditatis rectæ rationi adversetur, vel divinis Præceptis, ut potius quàm maximè his Legibus congruat: ne de jure Romano multa dicam, cui æqualitatis studium, hac parte maximè placere vel Tyronibus est notum. Nul- lum dubium etiam est, quin Feudorum regalium divisio, si Electoratus excipias, moribus Germaniæ haud repu- gnet, exemplisq; variis recentiorum seculorum compro- betur; quicquid alias Friderico Barbarossæ visum, & de remotioribus seculis disputet Goldastus, Vir rerum Ger- manicarum maximè peritus. Atque licet, uti aliæ quæ- libet res humanæ, optimæ quoque quæ videntur, hæc ra- tio succedendi non careat incommodis & malis, quibus & jus primogenituræ non vacat: nemo tamen credo adeò impotentis animi erit, qui patiatur sibi persvaderi, inju- stam eam atque illicitam ideò esse. Sint mala quædam conjuncta isti rei, quæ in subditos redundant, quæ, ipsam etiam universam Imperii compagem forte tangunt: non tamen tanta erunt, ut salutem publicam evertant planè, aut ut ob ea omnimodè hoc damnandum institutum, in- dignumque æstimandum, quod in usu habeatur. Caret porro controversia, licere parentibus præcipere liberis, quæ injusta illicitaque haud sunt, sed vel bonitate sua constant, vel saltem indifferentia habentur; ad libero- rum verò officia pertinere, jussa ac vetita illorum, quibus vitam debent, sancta habere, atque magno studio exequi, quæ voluntas Genitorum desiderat, abstinere verò ab il- lis,

lis, quæ Parentum votis adverfantur. Hoc enim & con-
nata nobis Lex inculcat, & sanctissimum Numen revela-
to verbo exigit; hoc primum præceptum est, quod pro-
missiones beneficiorum comitantur: hæc pudor & ho-
nestas postulat, licet jure in externo foro, quod vim
ἀναχραστικήν adderet, destitueremur. Memoratu dignum ex-
emplum est, quod de Rechabitis prodidit Propheta, quos ^{Jer. 35.}
immortalis Deus laudibus extollit, atque insigni præmio
ornat, quod præcepta Ionadabi Patris vel Proavi poti-
us sanctè custodiverint, abstinuerintque à vino, aliisque,
quæ placita illius nolebant fieri à prole. His ita positis,
creditum, est, non licuisse illi, qui non ita pridem fato
functus, recedere à Legibus Majorum, novoque ac con-
trario quidem jussu filiis injicere vinculum; & eò minus
quidem, quod Parentis Majorumque heres dicebatur, at-
que adeò secundum civile Jus, quo & illustres Personæ
Principesque Germaniæ utuntur, facta antecessorum,
præstare, atque voluntatem defuncti omnibus modis im-
plere eum oportebat. Hic itaque cum jus jubendi hac
parte habuerit nullum; nec parendi necessitas filio im-
posita esse potest. Nec potest etiam si maximè vellet huic
mādato obtemperare, cum aliò antiquiore & ipse impedia-
tur. Quemadmodum ergo rei illicitæ nulla obligatio est;
sicuti illa, quæ contra prohibitionem testatoris facta, o-
mni vi, omni efficacia destituuntur: ita nullo opere col-
ligere licet, & istam, quæ contra Legem Majorum facta
est, repudiationem, nullius esse momenti, negotium-
que tale subesse, ubi renunciatio juris ullum haud inve-
nire

nire potuit locum. Ad quam sententiam non nostrum, solum, verum etiam maxime reverendum DN. THEO. LOGORUM Collegium respondisse novimus. Hæc uti dixi, præfari mihi lubuit data occasione, sed tumultuaria opera, variis hoc tempore aliis negotiis implicato. Accedo jam ad id, quod caput causæ est, cujus gratia potissimum calamo me oportuit uti, ut nempe recenseam, quænam sit vitæ ratio clarissimi Candidati nostri. Natus est ille III. Idus Oct. MDCLXIX. Lipsiæ celeberrima urbe, & quod summum dignitatis locum respicit, præcellentium ingeniorum genitrice, & altrice clarissima. Pater illi fuit nobilissimus & consultissimus Vir, Wolffgangus Henricus Drewerus, J. U. D. qui non tantum apud Lipsienses per xxx ferè annos Præturam gessit laudabiliter, atque postea Ædilis munere præclare functus est; verum etiam in Marchionatu inferioris Lusatiaë Judicio Provinciali longa annorum serie feliciter assedit, atque ante sexennium vitam cum æternitate commutavit. Matrem verò habet Matronam ornatissimam, & cano senio fere confectam Annam Magdalenam, filiam Severini Nehlii, viri in aula Electorali DD. Principum Johannis Georg. I. & Jo. Georg. II. temporibus ob probitatem, & fidelissima servitia, quæ Dominis cubicularius præstitit, maximè conspicui, & interioris apud eosdem admissionis. Parentes hi, quum in filio à primæ statim pueritiæ annis indolem nobilioris ingenii deprehenderent, & ob ideum altius omninò erudiendum arbitrarentur, maturè in Præceptorum manus tradiderunt, qui præterquam quod pietati omnium virtutum fundamento

assve

affvefacerent puerum, primis artium imbuerent præce-
 ptis. Quum per ætatem liceret, in scholam Senatoriam,
 quæ à D. Nicolao nomen habet, ductus est, ut haberet, quos
 æmularetur, & exemplis aliorum animus adolescentis ma-
 gis incitaretur ad virtutem. Atque domi quidem usus est
 tum institutione summè Rever. Viri L. Ioh. Dornfeldii, qui
 eo tempore cœtui Nicolaitano Sabbathinis horis sacra
 exponebat mysteria, hodiè verò diebus Domini vesper-
 tinas ad populum habet conciones: tum etiam Pl. Rever.
 Christiani Schwopii Brigis Silesiarum purioris Ecclesiæ
 postea Pastoris, quem non ita pridem magno ejus da-
 mno è vivis ereptum esse, famâ est relatam. In Nico-
 laitano verò ludo Præceptores habuit, quos prudentissi-
 mi Senatus cura discentibus præfecit: clarissimos nem-
 pè & doctissimos Viros, Johannem Herrichium
 Rectorem, & Jacobum Gauchium Pro-Rectorem melio-
 re donatum jam vita, aliosque quorum merita quotidie
 gratissima recolit mente. Visum fuit postea parentibus
 mittere filium Lubecam, Imperii urbem tum ob res ma-
 gnas à civibus gestas tum, ob literarum studia,
 quorum cultui egregiè vacat, celeberrimam. Qui
 sub idem tempus ex Academia Rostochiensi illuc accersi-
 tus erat, ut Gymnasio Rector præesset Cl. Vir Enochus
 Swantenus in ædes ibi recepit nostrum & convictum,
 nihilque illorum intermisit, quæ ad promovenda studia
 ejus facere videbantur. Quæ est ipsa magna cum cura
 & diligentia juvit doctissimus Vir Christianus Lippeni-
 B us,

us, cujus laboribus Jurisprudencia quoque nostra quam plurimum debet, quos in conquirendis atque congerendis in unum librum scriptoribus, qui ad hanc artem pertinent, magno conatu, nec minori successu feliciter impendit. Horum sub manu eos fecit progressus, ut illi à quorum nutu pendeat, nulli dubitarent Academicis eum committere spatiiis. Quam ob causam triennio Lubecæ exacto, jussu Parentum in patriam rediit, atque vernali tempore anni XXCVII hujus seculi ab Academiae Rectore Magnifico B. Joachimo Fello, viro celeberrimo facillimè obtinuit, ut civibus literariæ hujus Reipubl. associaretur. Philosophandum sibi, atque hanc curam omnium primam esse arbitratus est, ut illis subsidiis se instrueret, quorum ope non difficilis ad altiora aditus redderetur. Applicuit se itaque ad eruditissimos quos nobilis Lipsia scientiarum habet Magistros, & potissimum quidem Valentinum Alberti, Adamum Rechenbergium, atque Joannem Schmidium, quorum nomina erudito orbi jamdiu satis innotuere, ut supervacuum fuerit laudibus illorum velle occupari. Post hæc studium juris est aggressus, atque primum in eo Doctorem habuit nobilissimum virum Christianum Thomasi, quem hoc tempore nova Fridericiana Academia Professore habet: post præstantissimum Ictum Lüderum Menkenium sectatus est, ex cujus indefesso studio, quo per omnes Juris partes nostrum duxit, maximos fructus sibi natos ingenuè fatetur; quibus insignem accessio-

324.
cessionem Magnifici Viri Barthol. Leonhardi Schwenden-
dörfferi acutissimæ acroases attulerunt. Sed cum de-
nuò mutandum solum sibi esse opinaretur, Viadrinam
Academiam elegit, in qua studiorum videret maturita-
tem, quæ ut citius appropinquaret, celeberrimis Acade-
miæ illius ICtis adhæsit assidue, atque ex illorum ore
avidè excepit, quibus pectus expleri suum seriò optabat.
Hic peractis de locò sollicitus fuit, ubi Patronos Fautores-
que inveniret, quorum commendatione ac consilio
campus aperiretur, in quo ea, quæ in scholis didicisset,
in usum convertenda. Adiit ergo primum Dresdam,
post verò Berolinum potentissimorum Electorum, Sa-
xonis & Btandenburgici toto orbe celebratissimas sedes,
& utroque in loco anni spacium consumpsit, idque egit,
ut innotesceret magnis, autoritate & consilio præstanti-
bus viris: sine quorum adjumento favoreque nec
optimis ingeniis emergere, atque ad præclara tendere est
datum. Cùm ultimum sub fine superioris anni relinque-
ret locum, atque Wittebergam nostram transfiret, nomen
apud nostrum Collegium professus est, & iudicio lese
subjecit, quod subire eos oportet, quibus in lucem Fori
& medium hominum prodire, causasque orare ani-
mus est, & cupido. Quo factò honesto testimonio di-
dimissus Dresdam commeavit, atque negotiis forensibus
manus cœpit admovere. Quia verò suà interesse pu-
tavit, si cum dignitate quadam in foro versaretur, de ho-
noribus petendis cogitatio animum subiit, quæ stimulum
addidit,

addidit, ut eam ob causam iterum rediret Wittebergam. Quum jam antea ingenii dotes nobis exposuisset, haud difficulter id obtinuit, ut facultatem acciperet specimina edendi, quæ Collegii nostri exigunt statuta. Veteri more bis indagavimus profectus, quos eos deprehendimus, ut dignus omninò visus nobis sit, qui in publicum produceretur. Proximo itaque die Mercurii in majori Auditorio ex decreto Ordinis publicè sub præsidio Magnifici Academiae Rectoris, DN. G. MICHAELIS HEBERI celeberrimi Icti è cathedra verba faciet, atque thema, quod defendendum suscepit, ritu rugebitur solenni. Quam rem ut Perillustri Dn. Baro, Academiae Patres & Proceres, Civesque omnes ornatissimi honorificâ præsentia sua juvare, atque tum id honori debito Capiti Academiae dare, tum audiendi studio conatum clarissimi Candidati alacriorem reddere haud gravatim velint, est quod obnixè, eoq; quo par est, cultu & studio rogo atque con-

tendo. P. P. Domini xx. post

Trin. cio 100 xcv.

S. D. G.


56

60 A

ULB Halle 3
002 635 348





potest renuntiare

1695 5

US
CTORUM

TT&BERGENSI
HORN, J.U.D.

. & SCABINATUS

SOLENNEM
ANDIDATI
NR. DREVVERI,

sis.
M DC XCV.

Patronos, &
, cultu & studio

RGÆ,
DERITSCHII.

